

11/20.

Vd
1803

11,20

120.

11,20.





Die Trom der Schiedlichen Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne

Die Schiedliche Trom der Sinne



R E C T O R
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IOANNES
HENRICVS
DE HEVCHER
POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS AC PR. ELECTORIS SAXONIAE
A CONSILIIIS AVLAE ET ARCHIATER
ARTISQVE SALVTARIS IN HAC
ACADEMIA PROF. PVBL
CIVIBVS ACADEMICIS

S P D



R E C T O R
ACADEMIAE VITENBERGENSIS

IOANNES

HENRICVS

DE HEVCHER

POTENTISSIMO PODOLARVM

REGNO AC RE PUBLICE SAKONIAE

A CONSULE MARETANO ANTONIO

ALTISSIMO VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS

CIVITATIS GALICIAE

PROFESSORE

AC ACADEMIAE VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS

ACADEMIAE VITENBERGENSIS



Spirat AVGVSTVS SECVNDVS in
AVGVSTO TERTIO, Pater in Filio,
Rex in Rege, eoque felicius spirat, quo
sibi gloriosius est superstes, in, tanto regalis ex-
empli, quanto regiae dignitatis, Successore.
Sola enim uirtus, quae nuper in Regio Polo-
niam ac Lithuaniae Principe exsplenduit, tan-
tum ualuit, ut, quamuis Procerum studia de Re-
ge sufficiendo dissiderent, ac Respublica dome-
sticis dissensionibus externisque artibus distra-
heretur, ut denique ius obrueretur, illa tamen,
inquam, uirtus, admiratione sui, ciues, Sarmati-
cae libertatis amantes, patriae caritate commo-
tos, traheret, meliorumque sententias partium
occuparet. Eas etiam ipsas in recti studio adeo
defixas tenuit, ut nullis hoc blanditiis, illece-
bris, muneribus, alluci atque corrumpi, nullis,
e contrario, ullorum generum, minis, terrori-
bus, periculis, alienari debilitarique, posset

Nulli quidem uirtuti paret licentia, quae
nihil sibi non indulget, et, impetu, quasi tem-
pestate, abrepta, ruit ad interitum, dum, op-
presso rationis usu, non, quod rectum sit, sed,
quod collibitum, spectat, in omne iam facinus
proiecta, sui alienique prodiga, postremo,
ubi accenditur in odium, profunda quadam
confundendi omnia ac perdendi cupiditate
incitata. At libertas et uirtute paritur et reti-
netur, ac, tametsi uincula et frenos, quos ty-
rannis ostentauerit, fortiter repellit, haud
inuita tamen imperium uirtutis accipit, a quo

saluberrima quaeque expectat. Virtutem enim, nouit, ab impotenti dominatione abhorrere, nec res adeo nouas moliri, sed instituta maiorum, quibus respublica fundetur, sancta habere, acriterque tueri, atque illis demum legibus studere, quarum custodia eo florentior reipublicae status ac beator, quo firmiter auito iure stabiliorque, fiat

Hanc uirtutem in PR. ELECTORE SAXONE, arctissime sibi coniuncto, reperit gens Polonorum Martia atque amplexatur, hanc in Eodem, Principe suo Regio, suspicit, ita quidem, ut, eum, cunctis praeoptatum, in regale Diui Progenitoris fastigium, censeat, efferendum, qui Paternarum uirtutum sit simillimus, tantoque instructor ad salutem Regni laborantis expediendam, atque omni deinceps fortuna cumulandam. Pater enim regnum, quod acceperat intestino malo turbulentum, pacatissimum reliquit, Augustum illum, Caesarem, quanta felicitate, tanta prudentia, imitatus, hac certe re uel sola meritis, ut omni memoriae prodatur, quando ne ipse quidem Augustus aliud habuit, quod, uel ciuibus suis optatus, uel sibi ad nominis meritorumque famam pulchrius, iudicaret. Sed praestantem, ac publice salutarem, AVGVSTI SECVNDI sapientiam, cum aliae uirtutes excellentes, quibus tantae Maiestatis persona sustineatur, multo magnoque comitatu stiparunt, tum iustitia maxime, beneficentia, mansuetudo atque humanitas, qui-

si

ε ϫ

qui-

quibus ille sic omnes cepit, ut demerendis
hominibus genitus uideretur

Haec Patris maximi decora uigent in
Filio, uiuo Gloriosissimi Patris exemplari, et
multis elucent magnisque rebus, quarum
splendor oculos omnium praestringit. Nihil
enim sapientius Principe, qui rationem sem-
per in consiliis habet, nihil iustius eo, qui sum-
mos cum imis pari iure retinet, nihil eo be-
neficientius, qui diem perdidisse sibi uidetur,
quo benigne non fecerit, nihil hoc mitius, ad
quem humillimo cuique aditus patet. Sed
quis, nisi expertus, uirtutes Principis, omni
laude abundantis, uel intelligat fatis, uel ad-
miretur, de quibus filere, quam pauca dicere,
fatius est. His constituta fundamentis, latissi-
me manant commoda, quae in omnes reipu-
blicae partes diffunduntur. Ea uero tanto
exploratius sperat Polonia, quanto iam cumu-
latius eadem Saxonia percepit, quae tamen
non Saxoniae modo finibus circumscribuntur,
uerum, largo, etiam, fonte effusa, in omnem
Germaniam defluerunt, et, linguis gentium,
literisque, celebrata, in clarissima Europae lu-
ce uersantur

Augustus, Imperator, Caio, Caesare, gau-
sus est nepote, eodemque, per adoptionem, filio,
SIMILLVMO PARENTIS SVI VIR
TVTIBVS PRINCIPE, ut legitur in Mar-
more Pisano. Sed idem Augustus, et, filio hoc
suo in Lycia amisso, infelix fuit, et cetera stir-
pis

pis suae, quam sui dissimillimam habuit, indole, ipso quoque priuigno ac successore, Tiberio, in cuius saeuitia infamiaque diuersissima cuncta, et aetas huius notat, et posteritas horret. Longe aliter, multo praeclarius, agitur cum successione Augustorum nostratium, quae, non solum sanguinis Regii, sed uirtutis etiam et gloriae eminentissimae, propagatione, in Regno, non hereditario iure, sed liberis Optimatum suffragiis, ob ipsam uirtutis praestantiam, sponte ultroque delato, continuatur

Tanta igitur laetitia, quanta fortunae prosperitate, cum Polonis certant Saxones, et utriusque, communibus Regis ac Principis Optimi auspiciis inter se deuincti, uotis, pro salute Regis, AVGVSTI TERTII, in Basilica Cracouiensi, susceptis insignibus, more maiorum consecrati, et festo celeberrimoque ritu inaugurati, pro incolumitate Reginae, altissima quaeque ornamenta, tam ortu, quam animo, complexae, MARIAE IOSEPHAE, pro fortuna DOMVS AVGVSTAE, incrementoque eius perpetuo, nuncupatis pie ac multiplicatis, munus exequantur summae cuiusque religionis. Nos quidem simul denuoque optamus, ut Regnum, perauspicato initum, nouaque fati benignioris indulgentia recreatum, ipsa primordia sua, secundissima rerum commutatione, augustiora faciat, et, rebus Sarmatiae tranquillatis, quanta Principis uigilantia prouidentiaque, tanta ciuium concordia et uolun-

luntatum consensione, aduersus omnes hominum temporumque iniurias, muniatur. Optamus, ut Regnum, hoc securitatis ac stabilitatis praesidio septum firmatumque, Principatu AVGVSTI SVI TERTII fortunatissimo, et extollatur semper altius, et, inter tot rerum externarum uicissitudines, sine ulla domesticorum affluentiumque bonorum diminutione, diu multumque exhilaretur, atque efflorescat. Optamus, ut Regnum, diuturna, nec interrupta, Regis exoptatissimi felicitate imperioque laetum ac florentissimum, ne in excelsa quidem AVGVSTI SVI Progenie, Posterisque, Maiorum aemulis, unquam desideret, quos, in tutelam libertatis suae patrique iuris aduocatos, ac reipublicae gubernaculis admotos, tantos uideat optimi status auctores, antiquae gloriae assertores, quantos Paterni Auitique nominis amplificatores

Quae quidem cuncta etsi nobiscum, pari religione obsequii, precatur Comes S R I Illustrissimus, *Adam Heino Henricus de Fleming*, eum tamen officii sanctissimi sensum luculentius declarare statuit Panegyrico, publice dicendo. Recte enim iudicat, non melius, quam in cultu SACRAE MAIESTATIS REGIAE solemni, collocari posse primum industriae ac docilitatis suae fructum. Quem quidem, in hac Academia, tulit tam praeclarum, ut, praeter exculta equestrium exercitationum
de-

decora, nihilo minus, ingenio doctrinaque,
aetatis Academicae studia, quam, spe sui
amplissima, Gentem suam, tot Heroum, domi
forisque clarissimorum, secundam, exor-
net. Hac mente, proxima die Martis, in
Arcis aede, Hora matutina nona, uerba fa-
cturus est, adhibito simul concentu Musico,
ut diei huius celebritas, AVGVSTAE
MAIESTATI facta, pari pietate laetitia-
que peragatur. Per sanctitatem igitur ob-
sequentiae, qua REGI MAXIMO,
PRINCIPI DOMINOQVE NOSTRO
CLEMENTISSIMO, tenemur, omnes,
quotquot, excellentia loci, splendore gene-
ris, honorum magistratuumque amplitudi-
ne, meritorum dignitate, ornantur, eos et-
iam, qui, generosa nobilissimaque ingenii ac
doctrinae liberalis aemulatione, spem pa-
triae sustinent, rogamus, ut, Oratoris nostri
Splendidissimi institutum, maximopere com-
mendandum, comitate ac beneuolentia sua,
et gratulationem, quam faciet ille, subie-
ctissimam, faustis ominibus uotisque, ac pre-
cationibus DEI IMMORTALIS, profe-
quantur. P. P. XVI Calendas Martias,
anno recuperatae Gratiae

CIS IO CC XXXIII

VITEMBERGAE
PRELO GERDESIANO



Va 1803 40

ULB Halle 3
002 380 145



TA → OL

K018


m. c.





taute.

riedenheit, die
rgnügens blei-
Gefegnete
rchlauchtig=
on uns demü-
aller selbst er-
iglichen und



R E C T O R
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IOANNES
HENRICVS
DE HEVCHER
POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS AC PR. ELECTORIS SAXONIAE
A CONSILIIIS AVLAE ET ARCHIATER
ARTISQVE SALVTARIS IN HAC
ACADEMIA PROF. PVBL
CIVIBVS ACADEMICIS

S P D

